AUGUSTINUS
Italien, Wende 11./12. Jh. Seite 77v
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=1547
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



potest ee et ante quam det.
Donatum autem nisi datum
fuerit. nullo modo dici
potest.

De appellationibus re-
lativis que non ad deum
sed ad creaturam
referenda sunt
quod deo nichil
accedit.

Hec moneat quod
spiritus cum sit coeternus
patri et filio. dicitur tamen
aliquid ex tempore. veluti
hoc ipsum quod donatum
diximus. Nam sempiterne
spiritus donum temporaliter autem
donatum. Nam et si dominus non
dicitur nisi cum iam habere
incipit servum. etiam ipsa
appellatio relativa ex tempore
est deo. Non enim sempiterna
creatura est. cuius est dominus.
Quomodo ergo obtinebimus.
nec ipsa relativa esse acci-
dentia. quoniam nichil accidit
deo temporaliter. quia non est
mutabilis. sicut in exor-
dio huius disputationis
tractavimus. Ecce dominum
esse non sempiternum habet.
Ne cogitamus etiam cre-
aturam sempiternam dicere.

quia ille sempiterne non
domina retur. nisi etiam ista
sempiterne famularetur.
Sicut autem non potest esse
servus qui non habet dominum.
sic nec dominus qui non habet
servum. Et quisquis extiterit
qui eternum quidem dominum solum
dicat. tempora autem non esse eterna.
propter eternitatem et mutabili-
tatem. sed tempora non in tempore
esse cepisse. Non enim erat
tempus antequam inciperent
tempora. Et ideo non in tempore ac-
cidit deo ut dominus esset. quia
ipsorum temporum dominus erat.
que utique non in tempore esse
ceperunt. Quid respon-
debit de homine qui in
tempore factus est. cuius utique
dominus non erat ante quam
esset. Cui esset certe. id est ut dominus
hominis esset. ex tempore accidit
deo. Et ut omnis auferri vi-
deatur controversia. certe
ut tuus dominus esset. aut meus
qui modo esse cepimus. ex
tempore accidit deo. Aut si et
hoc propter obscuram questi-
onem anime videtur incertum
qui ut esset dominus. populi israel.
Quia et si iam esset anime
natura quam ille populus